



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Mansuetudo Christi in quatuor cognoscitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

quærite mansuetum. Et Matthæi. 21. **Mat, 21**
 Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus,
 &c. Secundus est, quia mansuetos
 exaudit. Vnde Iudith. 9. Humilium, **Iudit 9,**
 & mansuetorum semper tibi placuit
 deprecation, &c. Tertius est, quia
 mansuetos saluat. Pſal. Cum exurge- **Pſal, 75**
 ret in iudicium Deus, ut saluos face-
 ret mansuetos terræ. Item Mansueti **Pſal, 36**
 autem hereditabunt terram. Secun-
 dum incitamentum est, quia gratiam
 proximi acquirit. Ecclesiasticus. In **Ecccl, 6,**
 mansuetudine opera tua perface, &c.

*Mansuetudo Christi in quatuor
 cognoscitur.*

Primo, in contumeliis uerbo-
 rum ad quas fuit Christus man-
 suetus. Io. Nonne benedicimus **Io, 8,**
 nos, quia samaritanus es tu, & dæmo-
 nium habes? Vnde Christus respon-
 dit. Ego dæmonium non habeo, sed
 honorifico patrem meum. Et Pet. **1. Pc, 2,**
 Cum malediceretur, non maledice-
 bar, &c. Secundo in rapinis rerum. Io. **Io, 19,**
 Acceperunt uestimenta eius, & fece-
 runt quatuor partes. Tertio in iniu-
 riis corporum. Isa. sicut ouis ad occi- **Isa, 53,**
 sionem ducetur, & quasi agnus coram
 tondente se obmutescet, & apparuit

CHRISTIANA

Hier. 9. suum, &c. Et Hieronymus. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad uictimam, &c. Quarto in beneficiis inimicorum; ipse autem non solum malum pro malo alicui non reddidit, sed & beneficus fuit. **Mat. 26.** uo principis sacerdotum auriculam restituit. **Luc. 22.** pro crucifixoribus orauit dicens. Pater ignosce illis, quia ne sciunt quid faciunt, &c.

Modestia duplex.

Interior. Quæ duo facit. Primo restringit superfluitatem cogitationum, ad quam inducere debet illud Micheæ. Væ qui cogitatis inutile. Secundo restringit superfluitatem desideriorum, ad quam monemur per **1. Ti. 6.** Paulum dicentem. Habentes alimētā, & quibus tegamur, his contenti sumus. &c. Altera modestia est exterior quæ quatuor facit. Primò cauet indecentiam in uerbo. **Pro. 17.** Qui moderatur sermones suos, doctus, & prudens est. Secundo, in risu, quia immoderatus risus ostendit hominem stultum. Stultus in risu exaltat uocem suam, uir autem sapiens uix tacitè ridet. **Vnde. D. Basilius.** Nullum habebit successum cordis compunctio, ubi fuerit